



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Officio Episcopi Et Ecclesiae Ceremoniis Tractatus Perutilis

Gilbertus <Tornacensis>


Coloniae, 1571

VD16 G 2034

Reverendo Patri Ac Domino D. Gvlihelmo, Venerabili Aurelianensi
episcopo, Frater Guibertus in ordine minorum minimus reuerentiam
paternalem, & obedientiam filialem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41678

R E V E R E N D O
P A T R I A C D O M I N O
D. G V L I H E L M O, V E N E R A
bili Aurelianensi episcopo, Frater
Guibertus in ordine minorum mi-
nimus reuerentiam paterna-
lem, & obedientiam
filialem.


Voniam cum multa
 precum instantia po-
 stulatis, & penè ut ita
 dicam exigitis, episco-
 palis officij, quod in ecclesia Dei ge-
 ritis, causas & origines scribi vo-
 bis, nefarium censui tãta tamq̃, pia
 non obsecũdare iussioni pro me & mo-
 dulo paupertatis. Poteram siquidẽ
 ego causas multiplices assignare, ne
 quod petitis deberem literis exara-
 re, præsertim cum ad hoc suppetant
 meliores, quibus exuberat amplius
 scientia, lingua, mores: & vos ipse
 A S qui

2 DE OFF. EPISC.

qui petitis, qui iuris utriusq³ notitiam comparastis, & solemniter docuistis, ad hoc ipsum effectui mandandum, idoneus magis estis. unde *Deut. 32.* scriptum est: Interroga patrem tuum & dicet tibi, maiores tuos & annuntiabunt tibi. Sed nè viderer ex incuria vel ingratitude, vel contemptu, velle subterfugere laborem impositum, vel impactum: & sic per consequens, nè turbare petentis affectum, semotis aliquantisper proprijs occupationibus, quibus plurifariam & varijs teneor irretitus, Christo duce, aggrediar opus iniunctum. Sciens tamen, quod in flammam more Mutij mitto manum: dum simplicitatem meam caninis expono rictibus erodendam. Sic enim sales Satyrici se immiscet, ut si quid hodie literis demandetur, inchoatio fit invidia, continuatio labor, finis odium habeatur, ad illos duntaxat qui in angulis garr-

TRACTAT. 3

garrunt, cachinnant in conuiujs,
 silent in scholis, & ponentes maculã
 in electis, bona in mala conuertunt,
 & molarem detractionis infigunt.
 Sed hæc hæctenus. Quoniam igitur
 opus arduum est, puteus enim altus
 est, & in quo hauriam non habeo,
 nisi porrigat ipse, qui Samaritanam Ioan. 4.
 mittens ad aquam viuam, dat om-
 nibus affluenter, vt inter medium
 montium transeuntem aquam hau-
 riam in gaudio, de fontibus Salua-
 toris. Ipsum inuoco Deum viuum, Apoc. 3.
 qui habet clauem David, vt operta
 reuelet humilibus, vt me introdu-
 cat in cellam vinariam, in qua mi- Can. 2.
 hi supernum demonstret exemplar,
 quod Moyse legimus in monte mon-
 stratũ, quod in officio ecclesie mili-
 tantis cernimus diligentius expoli-
 tum: solus enim ipse ordinem cœli
 nouit, qui rationes ipsius in ecclesie
 mysterijs mirabiliter ordinauit. Ip-

A 6 sum

4 DE OFF. EPISC.

Sum autē inuoco Spiritum sanctū,
ut mihi inspirare dignetur, ut fide-
liter & veraciter aperiam eorum,
de quibus petitis rationem. Scio e-
nim quamplurimos de officijs eccle-
siasticis conscripsisse, ut Isidorum
Amalarium, Robertum, & Bedā,
Innocentiū, & alios quos mihi plu-
rimis impeditos non vacauit, vel
saltem perfunctoriē, videre. Qua-
re si post tantos patres aliquid scri-
bo, presumptuosus censeri non de-
beo. Vos etenim ipse nostis, quod
cū essem insipiens, vos me coegi-
stis. sed haec haec tenus. Ut igitur in
promptu magis appareat, quod di-
cetur, liminares officij Episcopalis
titulos proposui, prout in eo quod mi-
hi dimisistis ordinario, vidi pleni-
us contineri.

CAP. I.

Ad sacer-
dotale of-
ficiū spe.

EIS qui sacras literas didice-
runt, & in thesauro memoria
recon-